

respondeo, nos Christum mortuum pro omnibus (Scriptura id ipsum afferente) libentissimis animis agnoscere; pro omnibus vero & singulis equaliter quoad Deum sive pro damnatis (reprobus intelligit quoscunq;_z) perinde ac pro electis mortuum esse, idq;_z etiam efficienter ex parte Dei, penitus negamus. At Protagoræ, quas communisuntur Calviniani ibi, ubi contraria orthodoxyam fidei disputant, merito debemus habere suspectas nec in approbatione illarum faciles.

SCEMMA XI.

An fidei orthodoxiae litet,
quod idem scribit de damnatione reproborum in hunc modum: **Damnantur itaq;_z reprobi non potissimum,**
quia internè non credunt Romanor. 10,
vers. 10. (suā enim facultate non potest credere homo) sed quia ad istam cænam magnam externè non veniunt?

§. 1. Et in hac assertione non nihil desideramus: Primo enim manifestis Scripturæ testimentijs vim infert, quod dicitur *reprobos non ideo potissimum damnari, quia internè non credunt.* Dispescit Scriptura sacra totum genus humanum in duas classes, quarum altera est fidelium, altera incredulorum; de quæ illis afferit, quod salventur per fidem, de his vero quod damnentur propter incredulitatem. Et ut solam fidem constituit causam justificationis instrumentalem; ita solam incredulitatem constituit causam damnationis potissimum.

D 2

2. In-